

88.

Lactantii divinarum institutionum libri VII.

Præcedunt fol. 1^a Augustini et Hieronymi testimonia de Lactantio. Haec excipiunt fol. 2^a rubricae librorum hujus operis.

Folia 11. et 12. abba relicta sunt, et fol. 13^a [liber primus inci-] pit, quae tota pagina elegantissime picturis ornata et circumdata est. Praeterea uniuscuiusque libri littera initialis

infignem in modum ~~picta~~ auro et coloribus distincta pernitur. Graeci loci caractere satis pulchro exarata sunt eorumque explicatio latina ad marginem apposita.

Cod. membr. in fol., versus finem fol. 15 in Italia elegantissime exaratus, litteris init. pictis et aureis. Membranae purpureae ac laevigatae sunt. (Brühl 114.)

Num fol. 13^a idem codex, qui occurrit in lib. Pl. Francii. Anst. 1705, 8. p. 23. venditus pretio 21 flor.

89.

Ph. Melancthonis autographa varia, latino sermone.

Insuper praeter alia: a) Initium sacri sermonis de spiritu S. b) de dicto Johann. c. 14: Si quis diligit me, sermonem meum servabit etc. Capita ad disputandum proposita a Bernhardo Ziglero. c) De bonis operibus. d) De textu evangelico: Exurgens Maria abiit in montana. d) Oratio in promotione magistrum in praesentia ducis J. Ernesti 1537. 9. Oct. Witt. habita.

Cod. chart. in fol., manu ipsius Melancthonis exaratus, ideoque memorabilis, quod demonstrat, quam opere Philippus, quem scripta sua sine ullo artificio aut haesitatione profudisse crediderit, egerit in eis, quae literis mandavit. Toties stylium vertit, tot litteras in unaqueque fere linea occurrunt, ut interdum totas paginas deleverit. Praefixa est haec inscriptio: „Donatus est hic liber mihi Georgio Coelestino a pudicis. nobilib. et honestis. matrona Barbara, sacrae et piae memoriae Bernhardi Zigleri sacrae theologiae Doctoris, conjugis, in perpetuam sui memoriam. Et ne quis thesaurum hunc ob communis nostri praecipitoris D. Phil. Melancthyrographum surripial, rogo, obsecro et obtestor. Actum 15. Martii